



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 17. Constantinus Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

darentur, ad eum se Trajectum contulit, Sæcul. VIII.
& illius Clericis adscriptus est. Etsi esset A. C. 708.
adhuc juvenis, in conjugio tamen vixerat,
& filium habebat, nomine Floreber-
tum, qui ei in Episcopatu successit.

§. XVII.

Constantinus Papa.

Eodem anno 708. quarto die Martii, ordinatus est Papa Constantinus Syrus, *Anast. Pa-*
miræ lenitatis vir, qui S. Sedem annis *peb.*
septem & diebus quindecim occupavit.
Hic septimus Pontifex serie non interrup-
ta est ex illis, qui ex Syria vel Græcia
advenerant. Nam Joannes V. ex Syria
erat, Conon ex Thracia, Sergius ex Sy-
ria, Joannes VI. & VII. ex Græcia, Si-
finnius & Constantinus item ex Syria.
Forsitan Arabum persecutiones & fre-
quentes Imperii Græcorum vicissitudi-
nes multos ex Græcia & Oriente Romam
confugere compellebant. Constantinus
Papa ordinavit Felicem Archiepiscopum
Ravennatem, qui potentia Sæcularium
fretus Ecclesiæ Romanæ ea promittere
detrectavit, quæ Antecessores ejus, ut ex
Tabulis probabatur, promittere adsue-
verant. Verum Justinianus Imperator,
haud multo post tempore, Patricio, &
exercitus Siculi Duce immisso, qui capta
urbe Archiepiscopum, omnesque cete-
ros Seditionis conscos vinculis onu-
Hist. Eccles. Tom. IX. P p flos

Sæcul. VIII. stos Constantinopolim abstrahi jussit, Fe
A. C. 708. licem Archiepiscopum erutis oculis in
Pontum relegavit. Hanc sortem cal-
sti vindicta Archiepiscopo obtigisse Ro-
mani crediderunt.

§. XVIII.

S. Wilfridus restituitur.

Paul. Diac. Illa ætate Angli utriusque sexus omnis
VI hist. c. 37. que conditionis Nobiles, Duces & Reges
Romam Devotionis causa peregrinabun-
tur. Ex illorum numero fuit Coenredus
Rex Merciorum, qui ad restituendum S.
Wilfridum operam junxerat. S. Episco-
pus Roma redux, cum in Regionem Can-
tiorum pervenisset, & Legatos ad Episco-
pum Berthualdum misisset, promisit ille,
se sententiam contra S. Wilfridum in
Concilio Nestrefeldensi pronunciatam
mitigaturum; nam Berthualdus acceptis
Roma Legatorum suorum Epistolis, Papa
Auctoritati cedens, cum S. Wilfrido fu-
cere in Gratiam rediit. Vir Sanctus ve-
ro Wilfridus contulit se ad Ethelredum
antiquum suum amicum, qui, postquam
annis triginta & uno Merciis impera-
set, anno 704. in Asceterio Bardeneensi
Monachum induerat, ubi postea Abbas
fuit. Ambo inter lacrymas in amplexus
ruerunt, & S. Wilfridus sententiam a
Papa latam exhibuit, qua perlecta Ethel-
redus pollicitus est, se omnibus viribus

Eddi. vit.

c. 54.

Sup. n. 9.